

PAVLI AEGINETÆ
LIBER QVINTVS,
Ioanne Guinterio Andernaco medico interprete,

QVOMODO QVIS AB
omnibus communiter virulentis
bestiis se tueatur. Cap. 1.

E VIR VLENTIS BE
stiis præcipientes, ab iis quæ in o-
mnibus huiusmodi communiter
proficiunt, exo diemur, ita ut quo-
modo quis ab illarum iniuria se
vindicet, prius expediamus. Si igi-
tur aliquis necessitate quapiam
coactus, loco feris frequenti ob-
dormiat, ubi potissimum salamandræ aut phalangia aut
serpentes alii qui abundent, horum cauas latebras allio in
aqua detrito, aut aliqua ex herbis quas exponemus, ob-
turare conuenit. Suffitus autem recte excitantur ex cor-
nu ceruino, caprae ungulis pilisve, lapide gagate, bitu-
mine, bdellio, gallano, cupressi aut cedri rasura, melano-
thio, peucedano, uiticis foliis, nepita, sagapeno, castorio,
cachrys radice, cunila bubula, aut ex reliquis grauitet
oléntibus aliquo. Culices aut proprie gsequitur suffitus
ex atramentis futoriis, melanthis, sylvestris cunini semis-
nis, paribus modis, ite simus bubulus eos dñe fugat. Ad
hæc et ignes incadere crebriores uincit, fugiunt, n. ma-
gna parte fera eorum splendorē. Cæteræ torū substerne-
re exhaustula regia, nepita, uitice, pulegio, polio, cunila bu-
bula, abrotano, expedit. At si toto huiusmodi toro uti-
no datur, stratis saltē imponenda sunt. Iam uero aium
adhibere oportet iis quæ coquuntur, aquæ & uinoræ ca-
dis, ut exacte sint operculati. Fucus aut no sub arborib.
35 quibusdam excitabitur, præsertim pino aut picea, in his
enim salamandri & erucæ lethales crebre uersantur.



PAVL I REGINE TA

quæ ab ignis tempore calefactæ, decidunt in obsonia aut alia uasa, si non fuerint opera^t. Qui uero tutiores esse uolunt, si conuent^t etiam ceratum corpori oblinere iis quidius ex cera, rosaceo, galbano modico, scobet cernit, ni cornus exigua, uel etiam Æthiopico cumino peculia riter autem maluæ folia cum oleo detrita si illinantur, ab apum & uesperatuni morsu præseruant.

C O M M U N I S O M N I V M Q . V I

à virulento quoipiam mortis uel icti sunt,

curatio.

Cap. 11.

Quod si feriri aliquem aut morderi à uenenato animali contigerit, homo adhibēdus est qui uul nus exugat, non tamen eum ieunum esse oportet, uerum etiam uino os colluisse, & oleum in eo contine. Deinde particulae commorsæ, si admittit, cucurbita tulam cum multa flamma adhibere oportet, sic ut uicinæ etiam partes scalpelio exasperentur. Nam uirtus una cum sanguine & spiritu ita extrahitur. Item exulcerata adurere ac crux obducere, adeo quod; præcidere conueniet, si fera quæ momordit, lethalis fuerit, quales aspis, cerastes, uipera, similes quod; alia sunt, quemadmodum Galenus memoriar^e prodit, uinitorem quandam à uipera morsum, ubi feram cognoiceret, falce læsum digitum abscedisse, atque in totum periculo liberatum. At si uenenum per corpus fuerit dispersum, sanguis statim desmittendus est, præcipue si is, qui percussus est, humorū æquabiliter omnium plenus, Græci plethoricum dicit apparet, exhibere cum cibis edendum conductit piper aut allium: potui uitium validum: recentibus vaporibus & conuentienti naturæ caliditate, corporis temperamen tum replere, deinde iis oblinere, quæ commorsam partem possunt calefacere & uellicare. Imponetur itaque cinis brasicae aut fici aceto mistus, aut lixiuia, aut garum & cepe cum polenta aut pane: item porra abunde cum sale, aut pix liquida cum sale, calida: aut cedrus, aut fimus caprillus. Conuenit autem

Ipsis acetum calidum quoque superfundere, in quo nes
pita sit inculta; aut acetum & aquam marinam, aut os
xalmen. Cæterum locis affectis gallinæ, & magis galli
gallinacei, aliave animantia per medium dissecta calida
q; imponi debent. Nam uirus transsumunt euocantq;
& dolores mitigant. Emplastrum quoque utiliter applica
tur, quæ sale, cachry & adarce constant: in totum, quæ a
criorū sunt potentiae. Omnes tandem communiter &
mortis & iicti à virulento animali, modo interiora omni
no offensa sint, ex uino potabunt intybum, quod serin
dicunt, aut ericen, aut astragalum herbam cum aceto, aut
bitumen, paluvi similiiter aut ueteris rhū decoctum, aut
mustelæ inueteratae denarii duo ex uino sumpti, præsen
ti sunt remedio, uel marina testudinis sanguis, aut casto
rii drachma cum diluta uini potionē, aut rotis marini tā
tundem, aut sicyoniacē radicis, aut porri succus, aut cha
mæpitis aut lmyrium, aut cinnamomum, aut aristolo
chia, aut uitieis lemen, aut cupressi pilule, aut seseli, aut
piper, aut trifolii lemen, aut baccæ lauri, aut cancer flus
uatiatis doscas aut elixus: item composita hęc Theriace
utilis est.

THERIACE ADVERSUS V. I.

rulenta & lethalia uenena, ulperæ

morsus, & scorpionis iclus.

Bryoniae, opopanaxis, iridis illyricæ, rotis marini radicis
zingiberis, singulorum denarii quatuor, aristolochia de
narii quinque, lachrymæ thuris, ruta sylvestris, singulo
rum denarii tres, farinæ etui, denarii duo: singuntur pa
stilli uino, danturque singuli, qui treis obolos pen
deant, ex eodem uino. Cæterum purgatio omnibus
conueniet, desudationes, et theriace ex uiperis
assumpta.

DE RABIOSI CANIS MORSV,

& metu aquæ, quæ hydrophobia
dicitur. Cap. III.

PAVLI EGINETÆ

Exordium sermonis à rabiose canis morsu accipere, quā ob aliis maluitus, & animal & foecundum prouentu, & contubernalē homini existat, rabiē & sepius corripiatur & agre caueri possit, ac periculum ab eo sit inutile, nisi multis aliquis & conuenientibus usus fuerit præsidii. Rabient canes plerūque in æstu uehementiore: ut autem Lycus memorie mandat, interim etiam per frigora maxima: rabiē autem & potum & cibum auerfantur, sīti premuntur, ne que tamē bibunt: anhelant præterea non patum, aures inclinant, saiuam & copiosam & spumantem edunt, muti in totum sunt, & uelut infanti, ut ne domesticos quidem agnoscant: insilunt sine latratu omnibus pariter & bestiis & horribus, mordentq; ubi momorderim statim quidem nihil molestia adferunt, præterquam ex uulnere dolorē: postea uero aquæ metum, hydrophobiā Græci appellant, faciunt, qui cum convulsione, totius corporis rubore, præsertim in uultu, sudore, & sui fastidio accidit aquam fugiunt, & dum uident, & dum admouentur: nō nulli etiam omnem humorem: alii canum ritu delatrant & obuium quenq; dentibus appetunt, morfūq; suo in alios eandem affectionem transferunt. Porro accidentium, aliorum quidem causa manifesta est, occupatis scilicet ueneno partibus uniuersis: metum uero aquationi nulli ex immodica fieri siccitate dixerunt, quasi hūi mida ipsorum substantia in contrarium penitus habitū mutata, uerum Rufus infanias ex atra bile speciem, eam esse testatus est, ueneno humorem illum imitato: quem admodum alios atra bile insinantes, nouimus alia timere, quæ causa superuenit etiam iis, qui dicunt canis qui momorderit imaginem in aquis opinari se uidere. At ex iis, qui hoc uitio sunt occupati, nullum præteriq; unum aut alterum superuixisse, ex historia didicimus, eosq; non à rabioso cane morsos, sed ab homine quodam morsu uitium adeptos. At ante affectus huius occupationem multi etiam quos canis momordit, seruati

Tunc hinc igitur curatio auspicanda est. Quoniam vero
subinde, eo quod tunc aquae metus non inuadat, (mag-
gna enim ex parte circa quadragesimum ferè à morsu
diem solet ingrueere, quibusdam & post sex menseis, pro-
ditum est nonnullis post septem quoque obuenisse) nō
nulli canem qui momordet non rabire arbitrati sunt,
properant uulneri cicatricem inducere: unde ipsi canes
tam huic affectioni dederunt. hanc autem probatone
ufus deprehendes, morsus rabiosine canis fuerit, an nō.
In glandibus nucibus concisis, uulnus diligenter obstrui-
tur, sequenti die ablatae gallinaceo, aut gallinae in cibo
apponentur: ac primum sane non attingent, fame au-
tem non urgente si edant rem considerato. Nam canis
qui momordit si non fuerit rabiosus, uiuent: si rabidus,
sequenti die peribunt, atque tunc ad uulneris dilatatio-
nem properandum est, iterumq: post paucos dies ea-
dem indicatione utendum, & si non perierint gallinacei,
tunc ulcus ad cicatricem perduces, nullum ueritus per-
culum. Hanc itaque indicationem Oribasius tradit.

Quod si ex commemoratis indiciis accurate canem ra-
bire cognoverimus, statim iis medicamentis, qua aperi-
tiundi uim habent, utemur. Primum igitur ex aperiun-
tibus est, quod pice, acetō quam acerrimo, & opopa-
nace constat, in capite de neuiorum uulnibus ex-
plicatam: at si qui morsum accepit delicatiorem
cutem habeat, dilui ipsum irino debet, aut bals-
amo, aut eiusmodi aiso: uel ulcera prius fomen-
tis adiuta, allio oblines, hoc quod sequitur etiam
crustam facit.

N E T A R I D V M A D C R V S T A M
in canis rabiosi morsu excitandam.

Sal's fosfati denarii octo, chalcitidis denarii sedecim
scillæ tantudem, ruta uiridis denarii quatuor, aruginis
rasæ totidem, marrubii seminis denarius: ut id primum
arido ut crustam inducat, deinde cum rosaceo, ut

P A V L I Æ G I N E T A

eruptæ excidant. Cæterum partes affectæ ad dies quæ
dragintaduos, ut minimum, sine cicatrice seruentur.

C A T A P L A S M A Q. V O D O

ras uulneris lata^s in rabidi canis
morsu seruat.

Cepæ cum sale & ruta illinuntur, aut silphium cum sale
aut salsamentum ueetus, aut cinis sarmementaceus cum o^s
leo, aut allia, aut sambuci folia, aut mentha, aut apiastrū,
singulatim, aut cum sale: aut iuglandes nuces, cum allio
sale, & melle, aut cinis fici cerato exceptus. uulnus autē
aqua abluetur, in qua decoctum sit chamæmelum, &
syluestris lapathi radix. Nonnulli & ferro candent ul-
cus adurunt. Cæterum potui assument commorisi, simo-
plicia quidem, jycium, absinthium, liquorem silphii, cha-
mædrin, scordium, & polium: composita autem hæc,
cancrorum fluiatilium, sarmementorum uitis albae, in cy-
prio uale, aut æreo combustorum, cochlearia duo, gen-
tianæ radicis leuigatae cochlear unum, cum uini meri ue-
teris cyathis duobus, ad dies quatuor potui dato, aliqui
uero & perdicis sanguinis duo chlearia addunt. Capies
autem cancros, dum luna increscit, priusquam sol exo-
riatur, iis autem qui codem die non biberunt, duplice
portionem exhibeto, interim & triplicem, iam theriaca
ex uiperis recte datur. Purgare expedit medicamento
ex cucurbita sylvestri, ita ut quotidie id exhibeas, cum
decocto eleliphaci, aut sideritidis heraclia, quam &
dialyson appellant: nonnulli uero & iecur canis qui mo-
mordit, edendum dederunt. Cæterum uictus ratio talis
adhibenda est, quæ simul ueneni uireis hebet extin-
guatq; simul & descensum ad interiora prohibeat: quæ
duo præfare potest, uini dulcioris uetusti & meraci, la-
etis q; potio, idem efficiunt alia, porri & cepæ in cibo
sumpta. At si per initia ob impedimentum, aliquod nō
præsumpta, quæ retulimus remeda fuerint, lectio uel
cucurbitula uel ustio non adhibenda est, ut quum iam
uenenum penitus secesserit, medicamentis autem quæ
euocent,

euocent, Græci metaſyncritica uocant, uti consilium eſt,
aqua metu uideleſet non oborto, purgatio ex h[er]a &
ſcissili laſte petetur, item ſudoris euocatio, dropacismus
& ſinapismus, toto corpore particulatim adhibebitur.
omnium tamen efficacissima deprehensa eſt purgatio
quæ fit per ueratrum.

A D M O R S V S C A N I S N O N
rabiosi. Cap. IIII.

Canis non rabiosi morbus quum & iſpi uirulent
ta cuiusdam ſubſtantia ſint particeps, ſtatim ace
to irrorans, lata manu morbum ferito, insuper ni
trum cum aceto tritum deluper deturbato, deinde ſpo
giā recentem aceto, aut iſpo nitroſo aceto madidam
imponito, triduo idipſum ſuperfundens, tandem enim
15 confaneſcet: uel erui farinam oleo maceratam imponi
to: aut ſpongiam recentem, aut lanam ſuccidam aceto
& oleo imbutam accommodato, aut rubi folia cum
aceto tunſa illinitio, aut cepam tritam cum melle, aut ori
gani comæ, ſalix, cepæ, pares ſingulorum modos cum
melle: uel marrubium nigrum, quod & balotē dicunt,
cum ſale, ad feruidos autem iam morsus, erui farina
melle macerata admouetur, peculiariiter enim his effi
cax eſt: inflammatione conſlictantes argenti ſpuma trita
ex aqua oblitino.

D E V E S P I S E T A P I B V S.
Cap. V.

Arium iſtu dolor ſentitur, locus rubeficit, propin
qua partes tument, incrēſcuntq[ue], aculeus in uul
nere relinquitur. In uespis autem ſimilia quidem
30 ſed intensiora omnia ſunt, nec aculeus relinquitur. Reſ
medio ſunt aduerſus utraq[ue] glutum, & bubulus ſimus, il
lita, & lac ficalueum, aut concifa mori arboris folia, aut
maluæ: aut farina ordeacea ex aceto imponitur. q[ua]ntu[m]
muriu[m] aut marina aqua fouere conducit.

D E P H A L A N G I I S. Cap. VI.
PAV. AEGIN. CC

PAVLI AEGINETÆ

Phalangiorum mortu, locus ipse quidē rubescit,
& veluti aculeo punctus appetet, non autem tu-
met neq̄ incalescit, sed lem̄er rubidus, frigore &
pruritu uexatur. Comites nota percussorum sunt: perfric-
tio, tremor, corporis gravitas, sudor frigidus, labor uas-
tidus, pallor, continua urinæ excernenda incitatio: qui
busdam & urinæ difficultas, colis intensio, lumina hume-
tiora: inguina & poplites contenduntur rigenterq; conuul-
sorio modo, ualida stomachi osio urget, lingua sermo-
nem manifesto non explicat, uomitus aquæ uel aranea-
rum textis similiū erumpit, sunt etiam quibus periuri-
nas, & alium eadem descendunt, demissi igitur in aqua
calidam dolore liberantur, ac rursus ualide indolent. Au-
xilio est, si extrinsecus cinerem fculneum cum sale laevi
ex uino maceratum, imponas: aut radicem sylvestris pu-
nicæ tritam, aut aristolochiam, cum farina ordeacea ace-
to demersam. Iā & uicera souere marina aqua calidio-
re, aut apiastri decocto conducit, eiusdemq; folia impo-
nere, ad hæc balneum frequentius utile est, atq; his po-
tionibus medicis uti: abrotanti semine, anetho, aristolo-
chia, agresti cicere, cumino Aethiopico, cedri baccis co-
cisis, platani cortice, trifoliis herbæ semine, myricæ semi-
ne, singulorū drachmī duabus cum uini cyatho & uiri-
dium cupresi pilularū decocto, uino tēperato. Ferunt
nonnulli & cancerorum aquilatilium succum cū lāte &
apii semine datum, periculo subtrahere.

DE ARANEÆ ICTV.

Cap. VII.

Est quoddam etiam aranearum genus quod per-
cusso ualidos dolores circa media praecordia ex-
citet, item ruborem, & urinæ difficultatem, non
nunquam & strangulatum. Leuantur autem iicti hisce
remediis: cumini sylvestris thebaici, aut uiticis seminis,
aut albæ populi foliorum potu, uel alliis solis assumptis
& uino meraciore superbito iuuantur.

LIBER QVINTVS.
DE SCORPIONIS ICTV.

Cap. VIII.

202

A Scorpione ictis locus quām primum inflam
mari incipit, duratur, rubet, & cum dolore supra
modum rigescit, nunc feruor, nunc frigus uicis
sim inuadit acceditq; dolor qui itidem modo decrescit
modo intenditur, comitatur ipsos sudor horroris sens
sus, tremor, extremonum perfrictio: inguina his attollun
tur, particula intenditur, saepe etiam fatus cum sonitu
per sedem erumpunt, pili rigent, cutis fit discolor, do
lorq; tota cute affligit, tēu acus spiculo excitatus. His
auxiliantur protinus, lac fuculheum instillatum uulnere
bus ipseq; scorpio qui percusit minutum contritus, uul
neriq; impositus, sibi pulcherrimum medicamentum
est, post hæc sal tritus cum lini semine salutariter impo
nit, item altheæ herba, qui hibiscus est, semen succura
rit, & sulfur uituum resina terebinthina exceptum: similia
ter etiam galbanum splenii modo dilatatum imposituq;
nepitaq; concisa & applicata, & ordeacea polenta uino
confecta & in ruta decocto exhibita: auxiliatur his etiā
trifolii herbæ semen leuigatum insectumque. Ad hæc,
potiones hæc conueniunt: aristolochia denarii duo,
præsertim corticis radicis cum uino, gentiana tusa,
pulegiumque abunde decoctum, item bacca lauri
numero decem leuigatae, nepita cum posca largiter
incocta, cyperis cum uino, ruta similiiter, lac fuculne
um & sulphur, si adsit: si desideretur, particho liquore
re utendum erit, benefacit etiam trifolii ocimiq; se
men epotum. idem præstat argenti spuma subito ictui
30 præter opinionem imposta. omnibus his addatur bal
nei continuus cum multo sudore usus, uini potio tem
peratura meracior. Porro composita hæc potari de
bet: sulfuris uitui fabæ Aegyptiæ instar cū piperis gra
nis osto, in dimidia uini hemina: uel liquor sulphurii
35 cum cancro detrito in uino: aut melanthii, cumini

CC ii

PAVLI AEGINETA

Aethiopici, uiticis seminitis, pares portiones cum uino,
AD SCORPIONVM PERI
culosorum & phalangiorum iectus.

Fecis drachmæ sedecim, pyrethri drachmæ quatuor, ru
tz sylvestris seminis drachmae tres, castorii, erucæ semini
tis, singulorum drachmæ duæ: excliuntur sanguine te
studinis marinæ. dantur quaterni oboli cum uini meraci
uel aceti cyathis tribus. ALIVD. pyrethri, aristolochiaæ,
singuli trientes, piperis denarii duo, liquoris silphii denar
ius: exhibetur ad fabæ Aegyptiæ magnitudinem.

**DE SCOLOPENDRA TERE
stri & marina. Cap. IX.**

AT si scolopendra momordit, communiter quis
dem locus affectus in orbè liuescit, attolliturq;
ali quando feci similis, rarius autem ruber appa
ret, exulceraturq;
sumptu à morbo ipso initio, laboriosa
ac curata difficult exulceratione, præter hæc etiam toto
corpo pruriginis sensus percipitur, peculiariter autem
iis qui à marina scolopendra impediti sunt, aquosus pelz
lucidusq; tumor interim efficitur: à terrestri, rubens. Pla
gæ igitur imponi debet sal bene tritus, uel tuta concisa,
aut cínis aceto maceratus, aut scilla, fouendus locus est
oxalme. Archigenes autem oleo calido liberaliore fieri
id iubet & prædicta sic imponi. Potui dabitus aristolo
chia cum uino, aut serpillum, aut nepita, aut sylvestris ru
ta, aut trifolium, aut luccus radicis asphodeli dimidiat
heminaæ mensura cum uino.

**AD STELLIONIS TRANS
marini morbum. Cap. X.**

SE amo trito illinito.

DE FELE. Cap. XI.

QVI à fele mordentur, ualide quidem dolent, &
locum affectum liuidum habent: sed statim ce
pæ & allia ista applicata auxiliantur, infus
per eorundem elas, uino meraco superalsumpto, res
medio est.

Vbi uero mus araneus nocuit, sequuntur dolos
tres pulsatiles, & in singulis dentium eius anima
lis ictibus, rubores: pusula insurgit fanioso hu-
more plena, propinquæ partes omnes fluunt: cute pu-
stulae disrupta, album ulcus appetet, nam ad membra,
nas neruofas deraditur, ad hæc, excidunt etiam partes
depantionis oborta, his quæ serpent simili: præterea etiā
intestinorum tornina comitantur, urinæ difficultas, &
frigidus sudoris undiq; eruptio. Auxiliatur ipsis galbani
splenium per se impositum, uel tritum cum aceto, uel
ordeacea farina, cum oxymelite applicata, ipseq; mus
araneus qui momordit dissectus admotusq; sibi est reo
medio, aduersatur etiam pyrethrum illitum, uel mali Pu-
nici dulcis corium incostum, uel malua sylvestris, uel al-
lia conitra, uel sinapi levigatum cum aceto: item ex cas-
lida muria fatus conductus, deinde ordeum ustū ex ace-
to applicatum. Potui propinabitur abrotanum ex uino
coctum, aut sisymbrium, aut serpillum, aut eruca, aut
galbanum, aut eleisphacum, aut teneræ cupresi pilos-
æ cum oxymelite, aut pyrethrum cum uino, aut chas-
mæleontis radix, aut hoc diagravis coagulum, aut gen-
tianæ radix, aut uerbenaca, quæ etiam imponitur
ipsumq; murem, qui momorderit exacte detritum cum
uino bibunt. Efficax hoc etiam quod sequitur: myrræ
drachma sex, aristolochiaz corticis drachmæ quatuor,
porro ad muris aranei & scolopendræ mortsum, sal cū
liquida pice recte applicatur, aut cedria cum melle, aut
allium cum fici foliis & cumino, aut nepitæ folia, uel or-
deum etiam cum aceto.

DE VIPERA TVM MARE

tum foemina. Cap. XIII,

In viperæ, tum maris, tum foeminae mortuæ, similis
cum animalium virüs relinquentium, dolor loci
statim ab initio sequitur, mox totius corporis: appa-
cc iii

PAVILLI REGIN ETAE

rent etiam in mortu duò foramina patuo intuicem spatio discreta, fluit q; ex his sanguis humorq; Santosus, deinde oleosus, postremo etiam æruginosus, quem nonnulli ulcus bestiarum esse dicunt. præter hæc tumores iuxta mortum subruber liuidi; assurgunt corporis color peritueri gnes oculorum, stomachi resolutio, & animæ defectus oboritur, quibusdam etiam uomitiones biliosæ, urinæ angustia; insuper pustulae in commorata parte et rumpunt, veluti in ambustis: item depalatio ipsam invadit, ad viciniat procedens, gingivæ his crenulantur, accedit etiam tremor, sopor, & frigidi sudores, maior autem cum periculo liberari quos uipera mas, quam quos foemina mordit, uidetur: ex his ipsius minus periclitantur qui cibum presumperunt. In curatione autem præstantissimum remedium est allii esus, & uini meraci potio, adeo, ut si aliquis uti sustineat, nullum præterea remedium desideret. eduntur etiam utiliter & porta & cepa et falsamentum quam acerrimum. Sunt qui et ranas in cibo elixas dederunt, benefacient & hæc quæ sequuntur cum uino singulatum porta, testudinis, marinæ sanguis resiccatus cum: cumino sylvestri, coagulum leporis aut hinusi tribus obolis, ceruini genitalis siccii denarius, anchusa tenuifolia tota, hanc autem nonnullietiam collo suspundunt, porri succus dimidiae heminæ mensura ex mulsa, apiastrifoliorum succus, sylvestris ruta, gallinaceorum cerebrum, panacis radix cum uino incocta, agaricæ drachma, iuiperi bacca, bastular regia radix, pistaciæ trita, uiticis semen, mustelæ inueterata siccataq; denarii duo, echini radix succusque, cancri fluuiatiles aut marinæ per se, cumq; uua passa sylvestri, sale et polio: aristolochiæ radix cum myrrha, gentiana, baccis lauri, æquali modo melle excepta, atque hoc quod subiungam mirifice efficax est.

ORIBASII AD VIPERA^A
RVM MORSVS.

Anisi acetabulum, piperis, * singulorum drachmæ qua
tuor, aristolochiaæ corticis, opii, castorii, myrræ, singu-
lorum drachma: passo leuigata in pastillos instar fat
hæ Græca cogito, et pro uiribus cuiusque exhibeto, cū

* Videtur
aliquid
deesse.

ternis diluti uini cyathis. A L I V D ex Lyci commen-
tariis medicamentum uiperæ morsibus efficax. Myr-
rhæ, castorii piperti, sandarachæ, singulorum drachma,
anethi semenis acetabulum: leuigata ex passo dantur.

A L I V D ex Archigenis commentariis, Cancros uis-
ginti cum farinæ triticeæ quod satis est, in pila diligens
ter contundito, admixtaq; nepita et salis momento, pa-
stilos fingito et ficcato: in usu, cum lacte illinito, unumq;
cum mulsa potato. At si fluiatiles cancros desideres,
marinis utitor, extrinsecus autem plague delitus capras

rum sumus ex uino strenue auxiliatur: aut lauri folia cū
oleo incocta, aut baccæ lauri, aut nepita, ericæ, ruta, apium,

abrotanum, galbanum in splenio adhibitum, origanum
uiride concisum, gallinacei pulli dissecti, et protinus ca-
lidi impositi: farina erui cum uino macerata crebro illo-

lita, radiculæ cortex concilis, scilla tosta, cruda polenta
ex oxymelite, cucumeris sylvestris folia cum tenuissi-
mo farina ordeacea polline, fex uini similiter cum fa-
rina polline, ruta cum sale et melle, furfures in aceto

coctæ, cinis cum aceto, cedrinus liquor cum sale, pix
liquida cum sale. Fouere debent trifolii decocto aut

pulegii, aut oxalme. Quum autem subcruentæ pus-
tulæ euaserint, ipsas scarificabis, ita ne excories des-

inde multa aqua foueto, lenticulam coctam cum mels
le oblinito, dum consanescant. At ex uiperis antidos-

tum proprie his et potum et plague impositum effi-
cax est.

DE AMPHISBÆNA ET SCY-

tale. Cap. XIII.

C Onsimilla ex horū morsibus eueniunt, eademq;
ipsis auxiliantur: quare peculiare aliquam des-
criptionem fortita non sunt.

CC iii

PAVLI AEGINETÆ

DE DRYNO. GALENI HÆC

præfatio. Cap. XV.

DRynus in quercum radicibus uitam agens, tam malefica parataq; ad nocendum ut est, ut calcatus solum pedes hominis cute nudos res linquat: totisq; cruribus tumorem laxum quē cedema vocant, copiosum excitat. Ad hæc quod multo magis est mirabile, ferunt omnes eorum pariter manus exco riari qui curationem utili administraverint: & si quis ulz ciscendi studio interemerit, grauiter olere bestiā, illoq; suo odore omnium aliorum odorum sensum auferre. Letis ab hoc animali tumor circa locum uitiatum cum rubore excitatur, pustulae in circuitu affurgunt. aliquando aquosus humor emanat: stomachi erosio uexat, & tornina. Congruit ipsis aristochia uino pota, item trifolium herba, radixq; hastula regiae consumiliter assumpta, prostant & concilæ potaq; cuiuscunq; quercus glædes. Itidem illicis radices tunsa, & loco admotæ dolorem leniunt.

DE HÆMORRHOO, ET PRE

stere. hoc est, dipsade. Cap. XVI.

Qui hæmorrhœi ictū sensere, grauibus cruciatur doloribus, iisq; crebris, admodū brevia angustiaq; redundunt corpora, multus ex plaga sanguinis erumpit: et si cicatrix toto corpore inducta fuerit, tumpliunt, funditq; sanguinem. cruenta excernuntur recrementa, sanguis qui distillat, in grumum cōcretus est: tussi ex pulmone sanguinem relinquent, euomentes sine remedio intereunt. A dipsade perculsus ardor intolerabilis urget, sitis tanta excruciat, ut nec extingui nec itermiti posse: copiose potū ægri hauriunt, eadē tamē siti cōficiuntur, tanq; nihil plane haussissent, similisq; ex continuo licet poculoru haustu habitus subsequitur. unde prester ab urendo, dipsas à sitiendo serpens appellatur. Multi autem ueterum ab hæmorrhoo et dipsade commoros ceu desperata salutis et cōclamatos esse putauerūt.

Porro si specialia aduersus færam præsidia desideret
 mus, communia tentare oportet, ac protinus scarificas
 tionem unctionemq; adhibere: & si liceat, partem uitiosam
 tam præcidere. deinceps autem acria cataplasmata imo
 10 ponit debent. utilia sunt omnia ciborum acrementa ad
 uomitionem quaesita, præfertim quæ ex falsamentis pe-
 tuntur, uini meraci potio, & lauacrum. hæc autem cons-
 tinue, & exiguis temporum interuallis subinde adhiberi
 da; priusquam morbi accidentia corripiant. nam ubi filo
 la semel emerserint, nulla medicorum ope iuantur. Ce-
 terum remedia que loco inducuntur, contra morsus in
 scripta reperimus, dipladis quidem, portulaca folia con-
 cisa ex acetato, polentiam, rubi folia cum melle fæuigata,
 plantaginem, hyssopum, allium album, portum, tutam,
 urticam: hæmorhoi, præter iam dicta etiam hæc bene
 faciunt, uitis folia cocta cum melle concisa. per os autem
 hæmorhoi iphius caput crematum potui datur, aut scor-
 dion herba cum irino oleo: esti dantur etiâ uua passæ
 DE NATRICE, Q V A M G RÆ

ci hydron dicant. Cap. XVII.

Natrice morsu ulcus factum dilatatur, & liuesces
 augetur, sanies ex eo nigra, copiosa, & foedi or-
 doris, qualis ex depaescente ulcere, excernitur.
 Curatio mali, temporis processu, & uix procedit, impo-
 netur itaque morsibus originatum fæue, ex aqua macera-
 tum, confert & cinis quercus, oleo temperatus: uel hor-
 deacea farina cum melle deliquato bibitur, item aristos
 lochia drachmis duabus, uel in poscæ duobus cyathis:
 deinde marrubii succus aut decoctum cum uino, aut
 30 nasturtium sylvestre, aut semen asphodeli seu flos, aut
 foeniculi semen cum uino: item recens fauus cum aces
 to comeditur.

DE C E N C H R O. Cap. XVIII.

Qvod si cenchrus nocuit, morsus eius uioperæ sig-
 milis est putredo comitatur & carnes intumes-
 factæ, prius, ut in aqua inter cutem, decidunt,

PAVLI REGINETA

inexpugnabili dormiendo necessitate premuntur soporunturq;. Testatus Erasistratus est, iecut ipsis, uescam, & colon affici: resectis siquidem ipsis, partes quodammodo corrupte inueniuntur. His igitur laclucæ semen cū lini semine illitum auxiliatur. succurrit & latureia concisa, ruta sylvestris, serpillum cum haftula regia leuigatum potui uero data protinus, centaurei radicis drachmæ duæ cum ternis uini cyathis: aut aristolochia ragdix similiter, nasturtium itidem & gentiana, potu conduceunt.

DE CERASTE ET ASPIS

DE Cap. XIX.

Tria aspidis genera Galenus prodit, primum eius quam chersam quasi terrestre uocant, mox eam quæ chelidonia dicitur est, tertiam pyada appellarunt, quæ omnium est perniciissima. siquidem erecto in priorem partem collo ex intervallo quod fastis esse coniiciat, uenenum in hominem iaculatur. hanc memorie tradit, reginam Cleopatram, quem Antonio deuicto Augustum uictorem timeret, sinistra mammæ admouisse, morsamq; ab ea interiisse, ut quæ longe cœlerrima mortem inferat. Porro cerastis morsu locus cū duritie & pustulis intumescit, emanat ex vulnere sanies, modo nigra, modo subpalida & porraceo colore: totum corpus uaricum modo attollitur, genitale arrigitur mente alienantur, oculi obscurentur: postremo conuulsione rigentium instar pereunt. Verum aspidis morsus acus puncturae simills, omnino exiguis sine tumore appetat, sanguis non copiosus sed exiguis & niger desillat, subita oculorum hebetudo inuadit, dolor corporis multiplex admodum, sed mitis, nec sine voluptate comitatur. Quapropter recte Nicander cecinuit.

Et uir perit absque dolore.

Mutatur color & uitefecit, stomachi rosio exigua infestat frons continue contrahitur, palpebre sine sensu ueluti in somno commouentur, atque inter hæc mors pre-

hendit; ne tercia quidem diei parte dilata. His ita que utilis que menibri affecti mutilatio mox à mortu facta, succurrit: eoque sine mora, si fieri potest, praecidendum est. aut in his & propinquis partibus omnem carnem circum secare statim, & radicibus usque ad os excidere oportet, deinde reliqua ferro carenti adurenda sunt. etenim uenenum hoc, quemadmodum & basilisci, bubuli lactis instar, sanguinem in arteriis & spiritum congelat.

DE BASILISCO. Cap. XX.

Hec bestia raro quidem hominum oculis occurrerit. Erastratus autem hæc inquit: quum basiliscus monorderit plaga sub flavo quasiq; aureo colore tingitur, cōducunt ipsi, inquit, castorii drachmæ tres potæ. similiter etiam papaueris liquor. Nos autem hæc experti non sumus.

DE PASTINACA MARINA,

& muræna. Cap. XXI.

In marinis nempa pastinaca & muræna, agnitiō manifesta est, pisces enim hi ab omnibus cognoscuntur. Auxiliatur ipsisorum mortibus lacte fculnei guttae, quatuor aut paulo plures, cum cicutæ, fero pili tribus aut quatuor, & quæ ad uiperas commoneantur sunt.

DE DRACONE MARINO.

Cap. XXII.

Marinus draconis ictum, plumbo infriticato, aut serpillo conciso illinito, aut lente elixa, aut sulfure cum acero, aut draconem ipso dissecto, soueri locus urina humana debet: absinthium cum diluta uini potionē bibi: aut eleisphacus, aut surcus li fculnei, in dulci uino dilutum, aut pisces ipsius cerebrum.

DE SCORPIONE MARIO.

N.O. Cap. XXIII.

PAVLI MEGINE TA

Scorpii marini istum sanat nullus pisces disiectus
impositusque, sulfur uiuum cum aceto, inficatum
baccæ lauri tres concisa potaq.

Q V O M O D O T E S T V D I
nis marinæ sanguis præparetur. Cap. XXIII

Testudinis marinæ sanguis in hunc modum præparatus, reponitur. In ligneo aut fictili vase reliquia pinata testudine caput ipsius celeriter amputato, concretum autem sanguinem in multas partes arundine dividito, impositoq; operculi instar vase cribro, in sole reponito: siccatum excipiens ut tor aduerfus uiperas rumin morsus, ut prædictum est, drachmis duabus cum uno aceti cyatho: tertio die, drachmis duabus cum tribus aceti cyathis.

D E C R O C O D I L I M O R S V.
Cap. X X V.

Ad crocodili morsum nitrum cum melle tritum usq; dum ulcus repurgetur, imponito: deinde repleto melle, butyro, medulla ceruina, adipe anserino. Galenus autem tradit se cognouisse qui à crocodili commorosi, adipe ipsorum imposita vulneribus, ex aere fuerint adiuti.

D E H O M I N I S M O R S V.
Cap. X X VI.

Non extra iustitatum fuerit, cum uirulentis bestiis, etiam hominis morsus conscribere. siquidem maligniores multo aliis ulceribus apparent, præsertim si ieiunus monorderit, prius leguminibus usus, & præsertim lenticula. Communiter itaque quæ in aliis uirulentis commemorata sunt, etiam in his extrinsecus per initia mortibus applicare conueniet, præterea quæ nimium acria adurentiaq; sunt, peculiariter autem oleo mortsum prius illatum, sceniculi radice cum melle oblisito, aut lomento cum posca & oxyrodino, frequenter immutans. Emplastro autem hoc utere, quod recis-

pit squamæ æris, galbani, æruginis, singulorum unciam
ceræ libram, plumbaginis libras duas, olei sextarium;
plumbago cum oleo prius incocta assumet æruginem.
& squamam: ubi colerint, quæ liquari possunt, additur.
5 Finita autem inflammatione, communis ulceris modo
etiam hæc curabis.

DE VENENIS. Cap. XXVII.

Q Vum de virulentis bestiis succincte tradideris
10 mus, proximum fuerit, ut de uenenis sermonē
aggregiamur, simplicia quidem referentes eo
rumq; notas & remedia, tum communia, tum specialia:
composita autem ex studio omittemus, etenim nonnul
li uariorum medicamentorum lethaliū compositio
nes exposuerunt, quæ nocere magis, quam iuuare le^q
15 gentes possunt. neque enim exacta horum indicia in his
qui assumpserunt, inueniuntur, ut etiam congruum ipsis
remedium queas adaptare. Quum igitur hæc uaria ex
superante in ipsis uis apparent, id etiam aliquis recte qd
20 exhibetur, uarium adaptans, nonnunquam ex æquo nō
nunquam ut excellat medebitur. Incipiens itaq; & hic
tursus à præcautione.

DE VENENORVM PRÆC
cautione. Cap. XXVIII.

D Euenenosis medicamentis disciplinæ ea pars q
25 præcauere illa & declinare præcipit, longe diffi
cillima est, propterea quod li qui huiusmodi infi
dias homini clà machinantur, tanto id astu faciunt, ut
30 "el perditissimus quisque decipi posfit. siquidem amari
tudines uenenorum dulci aliquo admixto, obtundunt,
grademque odorem odoramentis additis operiunt. ins
terim ceu ad sanitatem, salutisque gratia in morbis hæc
propinare crediti, quod genus est absinthium, abrotanū
opopanax, castoriū, uenena ipsis admiscent, tum in ci
bis, puta durioribus, uel obscuriorum uarietate adum
35 brantes, ipsa offerunt. unde cui in suspicione huius dol
uita fuerit, uitare cum oportet condita elaborata oue

PAVL I AEGINETA

elbaria, omneisq; in gustu qualitates iutensiores, exempli gratia, dulceis, acidas & salsas. potissimum uero aquæ quod satis est præsumere oportet. restineto enim hac appetitu, postea qualitates alias à stomacho non apprehenduntur, ut uentamen alia quædam ratio asserendi hominem ab iniuriis uenenorū est efficacior. Conuenit enim quum suspicio male medicamenti accepta fuerit, præcomedisse aliquid quod obtundere uene na possit, & inefficacia reddere: cuiusmodi sunt carica cum nucibus iuglandibus, ruta salis grumo, & qua mala medica dicuntur: item naporum semen denarii pondere cum uino, aut nepitæ folia, aut rubrica, quam lemniam sphragidem vocant, aut ruta folia uiginti: nullū q; nocebit uenenum, tam uero antidota cum uino quotidianæ fabæ Ægyptiæ instar assumpta, tuto admodum præseruant, quale est quod terrestri crocodilo constat, dia scincu dicitur, & quod à variorum animalium sanguine dia haematon vocatur, & Mithridatiu. hoc aliquando etiam ipse rex Mithridates usus est, quotidie præsumēs, ut à iethali medicamento se vindicaret præseruaretq;. Quum igitur à Romanis captus, bis lethali medicamēto epoto, niori non posset, gladio sibi ipsi nitam ademit. Quoniam uero etiam citra insidas propter necessitatem aliquando locis desertis, noctuis uersantes, forte sub arboribus, exempli gratia, picea aut pinu cibum afflunt, diligenter attendendum est, ne ex his aut superioribus locis mortifera labantur animalia, & uasa, tum quibus hauritur uinum, tum quibus aqua, tum quibus obsonia incoquuntur, exacte operculentur, quemadmodum in uirulentorum animalium præcautione exppositum est.

COMMVNIS VENENORVM
quomodo cunque assumptorum
curatio. Cap. XXIX.
AT si nonnulli lethale uenenum sponte sua, ut mortem sibi consilcant, assumpserint, qualia multa

in hominum uita solent accidere, aut etiam aliquorum
insidiis, siquidem nobis constet quod ueneni genus po-
tatum sit, protinus ad conueniens ei remedium descen-
demus, ut in horum enumeratione dicetur: at si medica-
men exhibutum tunc nobis fuerit incertum incognitumq;
conuenit statim ad ea quæ communiter ad quæcunque
uenena sumpta congruent, diuertere. Nam indicia quæ
comitantur si expectes, nūl plane in medicina spei est,
egris propter moram iam deploratis desperatisq;.

Actuum igitur nulla mōra interposta, oleo calenti per
se, aut etiam cum aqua exhibito, uomere cogendi sunt.
Si eius copia non est, butyrum cum aqua calida ingeri
debet: aut maluæ, liuive & seminis, aut tragi frugis, aut fœ-
nugræci, aut urticæ seminis decoctum. Non enim so-
lum uomitionibus euacuant, sed aluum quoque sub-
ducent & uenenorum malignitati aduersabuntur, acris
monias ipsorum hebetantia, præfertimque oleum.
quod manifesto inde licet cohnoscere. Si nanque cutis
exulcerandæ studio cantharide aut calce uiua aut eius
modi quodam acri utaris, corpus oleo prius oblitum
non exulcerabitur. imò neque corpus spissare potueris,
oleo præunctum. Præterea uomitus non modo
quod nocium euacuat, utilis est, sed interim haustum
uenenum odore, concretis grumis, aut colore prodit.
dore siquidem & amaritudine, cicutam: colore, ce-
russam uel gypsum; concretis gumiis, lac, aut recentem
sanguinem: halitus grauitate, virus qualitate & odo-
re, leporem marinum & rubetam ranam ostendit,
ut per hæc ad accommodata singulis remedia uia non
sit difficilis. Admiscebitur autem oleo maluæ de-
coctum, aut anserinus adeps, aut ius ex carnibus pin-
guisimis, uel gallinaceorum: aut ex lignorum cinere
facta lixiuia. Facit etiam hoc nitrum detritum cum hy-
dromelite potum uinum copiosum & uetus: & quæ
adipe aut butyro constant. Verum iis quæ in alio hæ-
rent, per uomitum ablatis: quod intestinis illapsum est,

PAVLI AEGINETÆ

clysteriæ acriore euacuabimus. Post hæc lac potui dabitus, nam ab hoc quod afficit, & uenenosum est: facile immutabitur. Iam uero medicamenta omnibus com muniter conuenientia offeruntur, quale est, rubrica lemnis, abrotanum, agaricum, erysimum, cryngii radix, pastinacæ erraticæ semen, uel hepitate, hardum gallicum, castorium, medulla uitidis ferulae, nerii, quod rhododendron est aut rhododaphne flores, marrubii succus, sili phium aut liquor ipsius, sagapenum, opopanax, peuce, dani liquor & radix, aristochia longa, ruta sylvestris semen, folia cestri, quæ betonica dicitur. danturque singula denarii pondere cum uino. Efficax in id est polii herbe decoctum, & picis liquidæ linstus, generosissime etiam opitulantur antidota superius comprehensa, magisq; ex uiperis theriaca. non autem easdem uireis habent, si post medicamenta lethalia assumuntur, quas præsumpta, quæ enim ipsorum quantitas præsumpta ad affectum cauendum est sufficiens, hæc si, quadruplo auctior, aut quintuplo, post præstetur, adiuuat: idque non semel die, sed bis etiam. sic enim & Galeno illi admirans do uisum est.

ENVMERATIO SIMPLICI

um uenenorū. Cap. XXX.

Inter uenena, animalia quidem sunt uite noxia hæc cantharis, buprestis, salamandra, piceæ et uca, lepus marinus, rana rubeta, & mutescens palustris rana, hidudines deuoratæ: ex seminibus, altercum, coriandrum, psillum, cicuta, melanthium: ex liquoribus opium, opo carpalum, thapsia succus, elaterium, mandragora: ex radicibus, chamæleon, aphronitrum, thapsia, ixia, ueratrū, agaricum nigrum, ephemeron, quod nonnulli colchicū dicunt qd in colchide nascatur: ex ramosis & oleribus, smilax, quā nonnulli thymium uocant, Romanī taxum solanum furiosum, quod etiam dorycnion appellant, sardoe herba, quæ species est ranunculi, papauer corniculatum, pharicum, toxicum, ruta sylvestris, fugi ab anima libus

LIBER QVINTVS.

209

libus autem sanguis tauri recens, lac cui coagulum sit admixtum, uel quod ad Heracliam nascitur: metallica, gypsum, cerussa, calx, auripigmentum, sandaracha, argento, spuma, adarce, plumbum, et quod uocatur argentum uiuum: ex iis quae domestica & in quotidiano uita usu sunt, unum copiosum raptim à balneo potuni, aut passum, aut frigida aqua similiter.

DE CANTHARIDE. Cap. XXXI.

10 **Q**ui cantharidem assumpserunt, eos notæ grauis sima comitantur, fere enim à stomacho usque ad uescicam cuncta illis morderi sentiuntur, gussum simili pici aut cedrino liquori habent, dextra præ cordiorum parte inflammationem experiuntur, urinam 15 difficulter, saepe etiam sanguinem per eam redduntitatem per aluum ipsis excernuntur, qualia in torminibus intestinorum egeri solent, præterea animo linquuntur deficiuntq; naufea ex ciborum repletione, & uertiginibus laborant: tandem uero mente alienantur. Succurrat 20 ipsis uonitus ex hydrelao petitus, & laetis potio, terræ cismoliae denarii quatuor cum mulsa, nuclei pinei, cuscumeris semen. A diuuat bene & ius pingue ex bubula factum, aut anserinum, aut ouillum: carnesq; gallis naceorum, aut agninae aut ouillae, aut porcellorum, omnesq; flaccescentes coctura longiore, & pingues cum lini semine elixa: unum itidem dulce & copiosum, thuris corticis denarii quatuor. Post cibum iniicitur per clysterem tremor oryzæ aut chondri, aut tragi, aut pisanæ, aut maluæ, aut lini seminis, aut altheæ, aut fœnu 25 græci, interim etiam mulsa cum nitro intestino abstergo, conuenit hæc rursus infierere: postea uero inflammatione occupata medicamentis ex lini semine & ordeo lenire, per initia enim offendit, deinde & lauacris aquæ dulcis utendum est, item unguentum irinum rosaceumq; potui dabitur.

DE EVPRESTI. Cap. XXXII.

PAV. REGIN,

DD

PAVL I AEGIN ETÆ

BVpresti potionē ingestō, in gustū nitrō quippiā simile percipitur, dolor stomachi uentrisq; uehe mens comitatur, eademq; partes in speciem hydropic intumescunt: extima totius corporis cutis inten-
ditur, urinaq; cohabetur. Prosumt ipsi quæcunque aduersus cantharides opitulantur. priuatim autem condu-
cunt post euacuationes & uomitu & clystere factas, si-
cus aridæ, earumq; decoctum cum uino, aut lacte, aut
mulso, prodest & pitorum omne genus, lactisq; mulie-
ris potio.

DE SALAMANDRA. Cap. XXXIII.

QVibus salamandra data est, eis lingua inflam-
matur, sermo impeditur, tremor cum torpore
quodam & resolutione urget, partes quædam
corporis in orbem liuoribus uariantur, ut subinde gmas-
nente ueneno putrefactæ defluant. Ad que omnia facie-
mus, que in cantharidibus dicta sunt proprie autem re-
finam è picea, aut pini, uel galbanum cum melle offere-
mus, aut nucleos pineos cum decocto chamæpityos:
aut urticæ folia cum liliis in oleo decocta, testudinis ma-
tinæ uel terrestris oua elixa, ranunculorum ius esculen-
torum, incocta simul ipsi eryngii radice.

DE PICEARVM ERVCIS.

Cap. XXXIII.

PIcearum eruca pota statim sequitur oris palatiq;
dolor, ualida lingua inflammatio, stomachi, inte-
stinorumq; cruciatus, quæ cum pruritu circum-
tendi sentiantur: feruor itidem toto corpore affligit, tū
nausea ciborum, ceu ex repletione infestat. Succurri de-
bet non aliter quam iis qui cantharidas biberunt. pri-
uatim autem in ipsis loco simplicibus olei melinum
adhibebimus.

DE MARINO LEPORE.

Cap. XXXV.

LEporis marinæ potum, gustus sequitur piscibus nō
absimilis, uirosusq;, tempore procedente aliuis

Indolet urina supprimitur: si quando autem eruperit,
purpurei coloris cernitur, præterea qui illum assumptos
runt, auersantur oderuntq; pisces omnes: sudor foetidus
erumpit, biliosus q; uomitus, nonnunquam sanguinis
ne mixtus superuenit. Adiuuari autem debent hoc mā
lo circumuenti, lacte asinino aut passo continue exhibi-
to, aut maluæ radicis & foliorum decocto, uel peceda-
ni radice concisa ex uino, aut ueratri nigri, aut Scammos-
niæ liquoris denario ex mulsa, anserisq; sanguine recen-
ti adhuc calido, item cäcros fluuialeis solos, si sustinent,
adferre oportet. Nota autem salutis est, quum piscem
quoque possunt comedere.

DE RANA RUBETA, ET

Cap. XXXVI.

Rana rubeta, aut palustris hausta, corporis tumo-
rem inducit, palloremq; intensum, buxo simile:
ægre spiritus trahitur, os foetet, singultus infestat
aliquando etiam semen sine uoluntate prorumpit, facili-
le autem post uomitum reficiuntur, multa meraci uini
potione assumpta, arundinis radicis denatis duobus,
aut cyperi totidem. Cæterum cogendi sunt obambula-
re celeriter & currere, ob torporem, qui ex hoc malo
contrahitur: ad hæc quotidie lauare.

DE HIRUDINIBVS.

Cap. XXXVII.

Hirudines potas cum aqua & adhærescenteis fau-
cibus, inde adeo dignoscetis, quod uentriculi os
helicatur mordeturq; atq; hæc etiam nota est
hirudinis deuorata, nonnunquam & sanguinem floridum, hoc est, uiuum excreant, hirudinibus gutturi affixis, quas muriæ sorbitio expellit, aut betæ folia cum acetato, aut nix cum posca epota, gargarizandum quoq; nitrum cum aqua, & atramentum futorium cum aceto. At si gutturi adhæserint, in calidam aquam descendent, item lupinorum farinam assument: frigida in ore retenta eximentur, quippe frigidæ aquæ appetentes, ad

PAVLII & GINETÆ

eam festinant, profluentq;. Nonnulli cimices iis, quibus sanguisuga epota erat, exhibuerunt. ego autem, inquit Galenus, aliis in his utens, cimicibus nunquam opus habui.

DE CHAMAELEONTE.

Cap. XXXVIII.

Chamæleonte nigro assumpto, ualida superuenit uentris erosio, dolor, cum totius corporis peruersione, tremor, mox cœuultio incidit: item uomitiones pituitosæ & spumantes: quibusdam etiam singultus aduenit: vox nihil sonat, facies distorquetur. His autem contuenit cremor tritici pinguis, calidus epotus: item dulce uinum aquosum calidum, uomitus, laetis potio, mollis clyster, fomentaq; ex cataplasmatis. ad eum uero, qui suffocationem parit liuoremq; absinthiu bilitur, aut nitrum cum oxymelite, uel radiculæ: fatusq; præcordiorum congruet.

DE ALTER CO.

Cap. XXXIX.

Saltercum aliquis, aut ebilit, aut comedit, mente ab alienatur ebri modo: facilem tamen curationē recipit, multa liberalius pota, & latte, præcipue astino: si minus, caprillo, aut uaccino: ficorumq; siccari decocto, benefacient ipsi & nuclei pinei, & cucumeris semen cum passo assumptum, præterea uinum salsum cum recenti adipe suillo & passo: urticæ semen similius, uel nitrum cum aqua conductit: insuper cichorium, sinapi, nasturtium, raphanus, cepæ, & allia, singula cum uino sumpta. Cæterum conquiescere cogendus est qui altercum hausit ut id, sicuti, qui uinum biberunt, concoquat.

DE CORIANDR O.

Cap. XL.

Coriandrum latere propter odorem non potest: potum uero rauicitatē facit & mentē mouet, cō similiter ebriosis. Loquitur itaq; qui id sumpsunt turpia, toto corpore in ipsis odor coriandrū indicat. Adiuuantur, ubi id oleo aut irino unguento, ut supra

L I B E R Q V I N T U S ,

217

monstratum est, eduxerint, uino meraciore cum absinthio, & per se poto: ouisq; vacuatis in sese detritis; cum muria sorptis, ad hæc muria ipsa bibitur, & ius fallum, & galinaceum & anserinum: postremo passum, cum lixiuia sumitur.

D E P S Y L L I O . Cap. XLI.

Pyllii potu totum corpus refrigerescit stupetq; Inq; ualidumq; efficitur, cum resolutione & animi tristitia. Præsidio sunt omnia, quæ contra coriandri potum commendantur.

D E C I C V T A . Cap. XLII.

Cicutam potam caligo uertiginesq; insequuntur ut nec minimum ē longinquò uidere liceat: itē singultus, mentis alienatio & artuum perficitio comitatur: ultimocq; conuulsi qui eam sumperunt, præfocantur, cessante à motu omni arteriis spiritu. Per initia igitur, quemadmodum & in aliis, uomitu eam elicere mus, deinde hac evacuatione usi, quod in intestina dela psum est, excernemus: ac tunc, ad uini meraci potionē ueluti præsentissimum remedium transibimus, per interualla eam exhibentes: in quibus interuallis lac uaccinum, aut absinnum, aut absinthium cum pipere communi & castorio, rutamq; & mentam cum uino exhibebimus: præterea cardamomi, aut fylracis drachmam, aut piper cum uricæ semine ex uino, aut tenera lauri folia: similiq; filiphiu, aut eius liuorem cum uino et passo. Item passum per se potum, præclare opitulatur.

D E P A P A V E R I S L I Q V O R E ,
quod opion uocant. Cap. XLIII.

Papaueris liuorem, qui opium dicitur, epotum, subsequitur sopor cum perficitione & pruritu adeo uehementi, ut subinde ueneno incrudescere tanta oboriatur prurigo, ut ab ea qui id biberunt, exterritur: ad hæc toto corpore opii odoris grauitas sensitur. Salutis est post uomitiones oleo factas, acruti clysteri. Item oxymel cum sale potum proficit: aut cum

DD iii

P A V L I M A E G I N E T A E I

Calido rosaceo, mel: præterea merum copiosius, cum
absinthio & einnamono: nec non acetum calidum per-
se: insuper nitrum cum aqua: ruta semen cum pipere,
ipsumq; piper cum caftorio & oxymelite, vel satureia,
aut origani decocto, uino addito. Ceterum excitare
ægros oportet iis, quæ naribus admonentur, & in aquâ
calidam deducere, fomentisq; propter accedetem pru-
ritum adiuuare: à lauacro, pingui ure, cum uino aut pas-
so, uti. Nam medulla cum oleo pota ipsi opitulatur.

D E C A R P E S I A B U N I Q V O

R E. Cap. XLIII.

Carpesia liquor potus, soporem & strangulati-
præcipitem inducit. Eodem remedio, quo & cibis
cutæ, auxiliantur.

D E M A N D R A G O R A. Cap. XLV.

Accedit mandragora potu quâprimum sopor,
languor, ualidaq; dormiendi necessitas, ut nihil
à morbo, qui lethargus dicitur differat. quibus
antequam horum aliquod eveniant, uomitus conductit,
post hunc, aqua nulla, nitrum, & absinthii decoctum
cum passo, aut uino dulci sumpta, caput rosaceo soueri,
et aceto debet, corpus excitari commoueriq; adhiben-
da itidem quæ odoratu excitant, piper, sinapi, caftoriū,
ruta cum aceto trita, pix liquida, lucernarum funiculi co-
busti extincti. Quod si ægre excitentur: etiâ quæ ster-
nutamenta mouent, adducenda, aliisq; communibus re-
mediis in his quoq; utendum est.

D E A C O N I T O. Cap. XLVI.

Aconitum statim quum potum est, lingua edul-
cat & non nihil astingit: inde uertinges, præfers-
tim in assurgendo, & oculorum humiditates in-
ducit, thoracis gravitatem et præcordiorum, ita ut mul-
ti flatus per anum erumpant. In quo uitio uomitu vene-
nū educi debet, & alius clystere subduci. Portiones con-
tra aconitum hæ proficiunt, origani, ruta aut marrubii,
cum uino, aut absinthii, aut erucae, aut abrotani, aut chas-

mæleæ, aut chamæpityos. Prodest ipsis et oprobalsam
drachma cum uino. item coagulum hoedi, aut leporis,
aut hinuli cum acetō, ad hæc ferri recrementum, aut uis
num in quo ipsum ferrum, aut aurum, aut argentum sic
restinctum. insuper lixiūlum cum uino, & gallinacei elix
xi carniumve pinguium ius cum uino assumptum. Cæ
terum chamæpitys quæ peculiariter aduersus aconitū
conducit, in Heraclia Ponti, ubi et aconitum nascitur,
holocleros appellatur, Athenis, didonia: in Eubœa
sideritis.

DE IXIA. Cap. XLVII.

Ixia, quæ et ulophonos dicitur, odorem habet et
gustum quum sumitur ocimi, lingua inflammatio
nem validam inducit, mentem abalienat, neq; om̄
neis naturaleis exitus supprimit, strepitus tumultusq;
alui edidit cum animæ defectu, nec quicquam tamen
eiscitur. Adiuuantur læsi ab ea, postquam uomitionibus
fuerit educta maior ueneni portio, aut aliuus soluta, ab
sinthii diluto cum uino pleniore aut acetō aut oxymeli
te poto: item rutæ sylvestris semine, vel filiphii radice: si
militer hircinæ origani decocto cum prædictorum aliis
quo, aut lacte, aut resina terebinthina, aut nardo, aut cas
torio, aut filphio, singulis oboli pondere. Prolunt cum
uino etiam nucis fæglandis nuclei leuigati, resina, casto
rio, et tuta additis, singulis denarii pondere. Proficiunt
itidem chamælea denarii duo, aut thapsiae succi totidē
cum aqua mulsa, utiliter et acetum calidum bibitur.

DE EPHEMERO. Cap. XLVIII.

E Phemeron, quod nonnulli Colchicon, eo quod
in Colchide nascatur, vocant aut bulbum agres
stem, epotum, protinus totum corpus pruriit fa
cit, uelut urtica et scilla tactum irritatumq;: interiora ero
dit, stomachum urit cum ponderosa grauitate. Inua
lescente autem malo, cruenta strigmentis mista p aluū
egeruntur. Succurrentū, ut salamandræ uomitionibus et

PAVLI AEGINETÆ

Clysteriis: sed anteque uireis sibi asciſcat uenenū, dari debet
foliorum quercus, aut glandium, aut malicorii, aut sero
pilli decoctum cum lacte bibēdū: aut polygoni succus,
aut surculorum uitis, aut rubi, aut teneratum ferulatum
medullæ, aut myrti cum uino, item ipsæ myrti baccæ le
ues contulæ, & in aqua madentes, poto earum diluto,
auxiliantur: benefacit itidem castanearum interior tunis
cula, si cum aliquo è succis quos prædiximus, assuma
tur: origanum quoque cum lixiuia potum, in idē efficax
est. Adeo uero exactum præfidium est lac vaccinum, ca
lidum potum, & simul in ore contentum, ut hoc præ
fente nullum aliud desideretur.

DE SMILACE. Cap. XLIX.

SMILAX, quæ à quibusdam thymion, à Romanis ta
xus nominatur, pota perfrictionem totius corporis
& strangulatum, mortemque; maxime præcipi
tem inducit: quibus omnia auxiliantur, quæ & cicus
ta epota.

DE SOLANO FVRIOSO,
quod dorycnion à nonnullis di
citur. Cap. L.

DOrycnium potum, quod aliqui solanum furio
sum appellant, gustum quidem ceulaclis repræ
sentat, singultus crebros facit, linguae siccitatem,
& confartam sanguinis excreationem: per aluum mu
cosa feruntur, simillima torminosis. Auxilio sunt, anteque
horum aliquid fuerit securutum, quæ in ephemere dicta
sunt, uomitus dico & clyster, et quæcumque potum uene
num possunt excernere. Proprie autem ipsi succurrat
aqua mulsa, aut lac asinum caprillumve, & passum te
pidum cum anisi modico potu: item amygdalæ, et elis
xa gallinarum pectora, idem præstant conchulæ crudæ
pariter et tostæ, in cibo, ad hæc carabi astacijs, et ius ex
ipsis esculentum potu:assumptum.

DE SARDONIA. Cap. LI.

QVæ sardonia herba nuncupatur, ranunculi species est: pota autem, aut comesta mentem ab alienat, conuulsiones adferit cum laborum contractione, ut risus imaginem præbeat, à quo affectu etiā risus sardonius non laudabili dicteric inter homines iactatur. Cui uito priuatim post uomitionem conductit aqua multa liberalius exhibita, lactisque potio: item corporis totius respercio inunctioque, ex medicamentis quæ calefaciunt petita, uincit item in hydrelæum calidum descendere, deinde corpus inungere & ualenter infriare, summatim, ut in conuulsione tota curatio admistranda est.

DE PAPAVERE CORNU

TO. Cap. LIII.

PApauer quod cornutū appellatur, elsum potuē, eadem quæ papaveris liquor inducens pericula, iisdem quoque curatur remedis.

DE PHARICO. Cap. LIII.

PHaricum dictum toto gustunardum repreäsentat potum uero resolutionem cum furore & conuulsione excitat. Aduersus quod, ubi uomitu fuerit eductum, absinthium cum uino propinatur: item cinnamomum aut myrrha, aut nardum Cilicum, quod nonnulli isatin uocauerunt: aut spicæ nardi denarii duo, myrræ oboli duo cum passo milti: aut iris, crociq; flos ex uino. Caput ipsorum derasum farina hordeacea cum rata concisa & acetō oblinere oportet.

DE TOXICO. Cap. LIII.

TOxicum inde nomen uidetur accepisse, quod barbari sagittas, quas toxemata uocant, eo illis nunt, ubi potum est sequitur laborum & linguæ inflammatio, mentis furor, qui coerceri non poscit, uas iuriis obnoxius imaginibus, eoque difficulter curationem recipit: raro etiam nonnulli qui id biberunt uitæ restitus suntur. Conuenit igitur continuis ipsis uinculis constrictos cogere: & ui adigere, ut passum cum rosaceo bibat

PAVLI AEGINETA

reddantq; per uomitum. Item raptorum semen cum ui
no potum peculiariter ipsis confert, & quinque folii
radix, hircinus capillusve sanguis potui datus, ad hæc
quercus cortex aut fagi aut illicis cum lacte leuigatus
potusque proficit. Idem faciunt mala cotonea mandu
cata, uel trita cum pulegio, ex aqua pota: præterea a
momum, & balsami cum uino semen. Quia uero mali
huius periculum euaserint, diu in lecto decumbunt, &
quum surrexerint, attoniti ac stupentes reliquum uitæ tē
pus transfigunt.

DE FVNGIS. Cap. LV.

Fungorum alii genere, alii copia offendunt: inten
sive lumenti strangulatus laqueis simileis inducunt.
his statim communi præsidio resistendum est, &
qui eos hauserunt, oleo ad uomitum cogendi. Mirifice
his proficit lixivium ex sarmensis aut ex sylvestris piri
cinere cum posca, sale uel nitro, potum: item pira ipsa
sylvestria aut fossa simul incoeta, uim strangulandi que
fungis ineft, tollunt: eademq; in cibo conferunt. ad hæc
oua gallinarum elixa, & in posca pota, aristolochiae de/
narius aut absinthii, cum uino: insuper mel delinctum
potumq; cum aqua. Prodest apiastrum cum nitro, pa/
nacis radix & semen cum uino, flores uini combustæ,
cum aqua aut æris flos cum cum aceto: radicacula itidē
aut sinapi, aut nasturtia in cibo sumpta. Quoniam uero
nonnulli fungi à ueneratis corrosi non modo strangu/
lant, sed etiam intestina exulcerant, dari debet ab/
sinthium copiosum & ficorum decoctum, origaniq;:
ad hæc ex aqua mulsa uomitum ciere confert, in
calidam descendere, & erudam polentam prætors
diis admouere.

DE SANGVINE TAV^o rino. Cap. LVI.

SAnguis tauri recens occisi, spiritus angustiam &
strangulatum procreat, dum tonsillarum & guttus
ris meatus cum ualida conuulsione obstruit. Iam

lingua lis qui sanguinem hauserunt rubens inuenitur,
dentes erosi, & uestigia crux concreti inter ipsorum
commissuras. In hoc malo uomitus uitari debet, grus
mis magis in stomacho concrescentibus, eò quod uo-
mitioris attractu ad superiorem partem efferuntur. Ex-
hibentur quæ sanguinem coeuntem soluere, & aluum
subducere possunt, exempli gratia, grossi liquore suo
pleni cum posca & nitro. Huc facit etiam omne coagu-
lum cum acetō, & sulphii radix cum suo liquore. Simi-
liter etiam brasice semen, lixiuumq; ex cinere fuscis
neo: item cumila folia cum pipere rubi: succus cum ac-
eto. Iam uero aliud rege subducetur. Solent lis, qui
seruantur inferius recrementa fædi odoris egeri. Stoma-
chus & uenter hordeacea farina cum aqua mulsafos
ueri debent.

DE LACTE COAGVLATO
gelatoq;. Cap. LVII.

LAc coagulatum uniuersam mukamq; strangula-
tionem parit, eò q; in grumos coit gelaturq;
Auxiliatur huic malo, antidoti modo, coagulum,
si cum acetō frequenter bibere compellas eum, qui lac
hausit, item conferunt nepite folia arida, aut succus ip-
sius similiter, aut sulphii radix liquorue cum posca: idem
præstat thymus cum uino, & enis lixiuia. Salsum uero
nihil offerrí debet, nam hinc lac magis coit ac in ca-
seum transit, nec uomitus in hoc malo conducit, nam
in grumos concretum, dum ad stomachum assurgit,
strangulat.

DE DROMELLE QVOD IN
Heraclia nascitur. Cap. LVIII

MEl quod in Heraclia Ponti prouenit, aut eum,
aut bibitum, eadem pericula, quæ aconitum, ins-
fert, quare & eadem utriusconueniunt remedia.
Facillime autem curantur qui id hauserunt, continuo hy-
35 dromelius potu, cui ruta folia sint admista.

P A V L I A E G I N E T R I

D E G Y P S O Cap. in LIX.

G ypsum potum strangulatum parit, in lapidem
coalescens: unde transferre oportet huc praes-
dia quæ aduersus fungos conuenient, datur ei
tiam in hoc malo maluæ decoctum loco olei pingue
siquidem quam sit, & lubricas uomitiones procreet,
corpora deradi non sinit, quod lapidescens gypsus fas-
cit. Porro conductit & oleum in mulsam, & feriorum deco-
ctum, lixiuiaq; siculnea, aut è larmenrorum cinere facta
cum uino copiosiore: item origanum, aut thymus cum
lixiuia acetove. Clyster ex passo & maluæ decocto in
anum dabitur.

D E C E R V S S A. Cap. LX.

C erussa propter colorem facile deprehenditur,
quoniam sponte sumpta palatum & linguan,
dentiumque commissuras albefacit: præterea
singultum, tussin, linguæ siccitatem, extreborum per-
frictionem, cum mentis abalienatione, & pigro cor-
poris motu, inducit. His prodest aquam mulsam,
aut feriorum, aut maluæ decoctum propinare. item
lae calidum, uel sesamini cum uino tritum, aut lixiu-
ium & uitium sarmentis: aut oleum amaracinum, siue
irinum, uel perfiorum ossa cum ordei decocto: uel lae-
chryma thuris uel pruorum gummi, aut ulmi humor
qui in folliculis ipsius seruatur, cum aqua tepida. Iam
uomitus continue cietur. Proficit etiam succus tha-
psis, uel liquoris scammoniae terni oboli cum aqua
mulsam poti.

D E C A L C E , S A N D A S

racha & auripigmento.

Cap. LXI.

C alx, sandaracha & auripigmentum pota, uen-
tris & intestinorum cruciatum cum uehementi ro-
sione faciunt, quare omnia quæ temperare & sol-
vere ea possint, adhiberi debent, item quæ uomitos

nes facileis & aluum lubricam efficiant, qualis est hibisci
Sci & maluæ succus, decoctumq; lini seminis aut tragi,
aut oryza: lac præterea copiosum, aqua mulsa, iura pine-
guia, boniç; fucci.

DE ARGENTI SPUMA.

Cap.

LXII.

Spuma argenti pota, quam Græci lithargyron di-
cunt, grauitatem stomachi, uentris & intestinorū,
cum torminibus ualidis infert: non nunquam & in
testina pondere uulnerat, disrumpitque, urinam im-
pedit: corpus eorum qui eam biberunt, intumescit
& coloris plumbei fiunt: & deformitas circa faciem
deprehenditur. Adiuuantur, secundum uomitiones, a
grestis orminii semine cum uino: myrræ denariis oce-
sto, absinthii, hyssopi aut apii semine: aut pipere, aut li-
gustri flore cum uino: palumbium simo arido cum nar-
do & uino.

DE PLUMB O.

Cap. LXIII.

Plumbis cobs aut lotura pota, similia intuehit ar-
genti spuma pericula: eademque requirit præ-
sidia.

DE ARGENTO VIVO.

Cap. LXIII.

Eargentum uiuum potum, eadem cum spuma
argenti infert, atque eisdem remedii qui id assūm-
perunt, adiuuantur, ad hæc prodeesse ipsiis uidetur
lac copiose datum. cæterum & hi uomitionibus solis
citabuntur.

DE VERATRO ALBO,

thapsia, elaterio, agarico nigro, ruta

sylvestri, nigella, & pappis.

Cap. LXV.

HAbenda cura est & eorum, quæ iuuandi gratia
exhibentur, sæpe uero non minora alijs pericu-
la adserunt. cuiusmodi sunt superius commes

PAVLII AECLINE TÆ

morata, nempe ueratum album, thapsia, elaterium, agave
nigrum. haec enim strangulatus excitant, aut mai-
gis quam opus est, purgant: in quibus strangulationes;
ut in fungis & similibus comprehensum est, curabun-
tur: nimias purgationes, iis que excretiones cohibent,
sistimus. Iam vero que paululum nocere uidentur,
interim tamen pericula inferunt, negligi non debent,
cuius generis est sylvestris ruta, nigella, recentes papo-
pi, qui flores sunt spinæ, que cactus dicitur. in quib-
us solus uomitus adhibitus laborantes sanacit re-
stituit.

D.E FAMILIARIBVS AC
domesticis, nempe uino & aqua
frigida. Cap. LXVI.

Aqua frigida uniuersum pota, uinumque me-
racius copiosum, dulce, præsertim à balneo,
aut cursu ualidisque exercitiis, strangulatus &
dolores concitat, in quibus sanguinis dimissio pro-
tinus adhibita & inanatio, imminens periculum dis-
solut.

LIBRI QUINTI FINIS,

DE AERGINO VIVO
Libri QUINTI FINIS,

DE AERGINO VIVO
Libri QUINTI FINIS,